UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

XXII. De Clericis. peregrinis. D. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63382

Visual Library

TITULUS XXII.

De Clericis peregrinis.

„C. 1. & 2. h. t. prohibetur, ne Epiſcopi „Clericos peregrinos ſeu incognitos „ex remotis regionibus venientes ad Di„vina celebranda & Sacramenta admini„ſtranda admittant, etiamſi offerant jura„mentum, quòd in tali Ordine ſint conſti„tuti, niſi de ipſorum Ordinatione Cano„nica per idonea conſtiterit argumenta, „ſeu per authenticas literas commendati„tias ſuorum Ordinariorum, ut decernit Trid. *ſeſſ.23. de Ref. c.16.* Unde ex declaratione S. Congreg. Abbas hujuſmodi literas concedere non poteſt, ut notat Pirrh. hîc *n.3.*

TITULUS XXIII. XXIV. XXV. XXVI. & XXVII.

De Officio Archi-Diaconi, Archi-Presbyteri, Primicerii, Sacriſtæ & Cuſtodis.

I. ARCHIDIACONUS c. 1. h. t. dicitur *Vicarius Epiſcopi*, nempe natus ſeu à jure datus & perpetuus, habens juriſdictionem ordinariam, inferiorem tamen & ſubordinatam Tribunali Epiſcopi; unde